Eiuſdem Iacobi Gaudenſis Erariũ aureum

poetarũ omnibus latinę linguę, cuiuſcũq; etiã facultatis fuerint, profeſſoribus accõmodũ, immo et oim poetarũ ſine ipſis cõmẽtarijs elucidatiuũ

¶Hermãnus Buſchius Monaſterienſis
Ad lectorem

Accipe facũdum iuuenis ſtudioſe libellum
Qui ſolide flores vtilitatis habet
Hinc tibi noſſe licet (res nõ eſt vana profecto)
Eruta diuerſis, lectaq; mille locis.
Mille quod autores ſparſim tetigere, ſub vno
Nunc legis, & paruo cernis emiſq; libro
Funditur vt circum redolentia floribus arua
Cum rapit hybleum poplite nectar apis
Sic quoq; de gauda frater iacobus, honeſtis
Artibus inuigilans hos tulit inde fauos.
Ille tibi normas vocum, preceptaq; tradit
Ne titubes doctos neſcius ante viros
Ille tibi montes, ignotaq; flumina monſtrat
Quicquid & obſcurum eſt, & iuuenile parum.
Que niſi cognoris, cũ ſacra volumina verſas
Effugient ſtudium, plurima ſenſa, tuum
Adde quod inſeruit clarorum multa virorum
Nomina, tam crebris inuenienda locis
Nec pro materia nunc ſat laudare valemus
Omnia, ſed dictis ſunt meliora meis
Auctori grates igitur perſoluat vbiq;
Fortia qui glauce pallados arma colit
¶Finis

A i.

LANDES- UND STADT-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

HENRICVS Zelen Decretoꝝ doctor. Canonicus & Officialis Colonienſis. Deo deuoto. litterarūq; ſcientia ornato. Fratri Iacobo Gaudenſi. ordinis p̄dicatorū. Salutē plurimā dicit

LAtices puriſſimos nuper te ſoporante e faucibus proiectos in volumen paruum quod Erariū auriū poetarum appellas. in quinq; tractatus diſtributū coniectos. viuace oculo perſpeximus. Cūq; libellū ipſum arbitremur. etſi omnibus iuuenibus. maxime tamen incipientibus neceſſarium. prouectis vtilem. conſummatis iocūdum & voluptuoſum eſſe. Nihilq; in eo fidei ꝯtrarium aut ſcandali vel peccati nutritiuum. autoritate noſtra ordinaria tibi licentiam & facultatem impartimur vt Colonie vel alibi in dioceſi Colonienſi bono tamen charactere imprimi facere valeas. non obſtantibus quibuſcūq; ſtatutis ſynodalibus vel a nobis editis. Vale frater religioſe fauſtiſſime. ſtudioq; bonarū artium vt cepiſti te excercere ne pigriteris. In cuius rei teſtimoniū hos apices noſtro decreto infra impreſſo roborari iuſſimus. Anno dn̄i Milleſimo q̄ngenteſimo primo. die Iouis. decimo kalendas Maias

Contenta in p̄nti libro.

In p̄mo libro. q̄ in q̄tuor p̄t diuidi partes.

In { p̄ma ponit aliq̄s dicc̄es & noīa & verba de q̄z q̄nti⁹ erro fuit. a. iiij.
2a ponit reglas de q̄ntib⁹ temp̄ a p̄nti & p̄to pfcto descendentib⁹. a. v.
3a de ꝯpositionib⁹ verboꝝ compoꝝ intrantib⁹. a. vj.
4ta De Quātitate & accentu om̄ ꝯpriorum. a. vj. & vlt.

Scdūs. h3 vnā parte

In ea Epitheta ſbſtantiorum plīma. b. vj. & ite. deorū q̄rūdā. d. j.

Terci⁹ dūas p̄t hre ptes.

In { p̄a expo q̄rūdā terminorū poetarū difficiliū & d p̄cedentib⁹ [illegible] d. iij. et vlt.
2a Enūat plīma ꝯpria montiū. ite insularum. fluuiorum. [illegible] e. j. & vlt.
Item aliqua ꝯpria deoꝝ: dearū: nympharū: gētiū: regionū: ciuitatum [illegible]
et item de quibusdam ꝯpriis equorū.

Quart⁹ liber iij hre vider ptes

In { p̄ma Modus accētuandi. e. iiij.
2a Vera Ortographia aliquarū dictionū in dyphtongatorib⁹ & aspirationib⁹. f. j. Item Ortographia q̄rūdā dictionū hebraicarū. ibid.
3a Ortographia q̄rūdā dictionū grecaꝝ q̄ l'ris ſcbūt. f. ij.

Quint⁹ liber

In eo ꝯtinet aliq̄s periphrases poetarum. vi3 amorum: q̄tuor ptium anni: & ptium q̄tuor diei. item piphrasi noctis.

In fine pulcerrima carminula autorum